



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

Prima pars.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Secundo?

Quarta a Moyse vsq ad David. Quinta a David vsq ad christum. Sexta a christo vsq ad finem mundi. Generatio ergo p̄terit et generatio aduenit. vt dicitur Ecclesiastes primo. Sed hec ḡnatio q̄rentiū dominū manet vsq ad finem seculi nec deficit. Et hoc promisit saluator beato Petro pastori ecclesie Luc. vice simosecundo dicens. Ego rogavi pro te Petre. vt non deficiat fides tua. Secundo per generationem istam intelligi potest iudaeus populus qui non deficiet q̄dm ipso vidente omnia p̄pleant. Quarto ponitur verborum christi confirmatio: Celum et terra transibunt. verba autem mea non transibunt: quasi dicat. Ecce quantitas est stabilitas verborum meorum: quia transeunte celo quo nihil inuariabilius. transeunte terra qua nihil immobilius. verborum tamen meorum veritas non transibit. Quia vt dicitur Prouerborum duodecimo. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Nota q̄ celum et terra transibunt non quantum ad substantiam. sed quo ad qualitates. quia a celo auferetur claritas ista quam habet sol. et similiter a luna. et dabitur eis maior claritas. Aer etiam et aqua purgabuntur et terra in superficie erit sicut cristallus. Et hoc totum fiet propter gloriam beatorum. vt homine glorificato. cuncta etiam creatura innoent. Vnde secundi Petri ultimo. Nouos celos et nouam terram secundum promissa christi expectemus. Rogamus ergo ꝛc.

Dominica secunda aduentus Prima pars Sermo secundus:

Vm audiss̄ Johannes in vinculis opera christi mittens duos ex discipulis suis ait illi: Tu es qui venturus es ꝛc. Mathei vndecimo caplo. De materia istius Euangelii habetur etiam Luc. secundo capitulo Cum videmus vel audimus aliquem eminere virtutibus. in sapientia. aut sanctitate. aut eloquentia. consueuimus de persona eius querere. vt cuius sit nominis cuius patrie. cuius originis. atq̄ ita d̄ singulis: quatenus certiores ipsius noticiam habeam? Audiens igit̄ iohannes baptista famam christi. interrogat de conditionibus ipsius per interpositos nuncios dicens. Tu es ꝛc. Nec igit̄ e materia p̄ntis euangelii i q̄ta tangunt. Primū e Johis duota interrogatō d̄ noticia

Sermo

veritatis. Secundū est saluatoris probata isponsio de potentia
deitatis. ibi. respondens autem ihesus ait illis. Tertium est pre
cursoris inclita commendatio de euidentia sanctitatis ibi. Illis
autem abeuntibus. Circa primum tria ponuntur. Primum est
motiuum interrogandi. Vnde dicit. Cum audisset Johannes :
referentibus discipulis scilicet in vinculis in quibus herodes illum
coniecerat propter hoc quia ipse inuestum arguebat dicens Nō
licet tibi habere uxorem fratris tui eo uiuente. Opera cristi : que
iam diuulgabantur in tota regione illa. Et est sciendū qd chri
stus ante carcerationem Johannis non predicauit palaz nec eti
am multa miracula fecit. nisi de conuersione aque in uinum Jo
hannis secundo capitulo. Johanne uero incarcerato uenit i ga
lileam. et cepit palam predicare et congregare discipulos atqz
operari miracula ut habetur Math. quarto capitulo Vnde ex
hoc eius fama tantum diffusa est ut etiam vincularum Johānes
illam audierit. Secundo ponitur discipulorum missio. Mittens
quia per seipsum accedere non poterat. Duos ex discipulis suis
quorum unus andreas fuit. Et attende quomodo figurabat mo
res ecclesie in missione duorum. quia christus uadens misit disci
pulos binos ante faciem suam Luc. decimo caplo. Tertio ponit
tur questionis propositio : Mit illi : quos enim per alios dicebat
ipse querere dicitur. Tu es qui venturus es an aliu expectam?
Hoc autem duobus modis potest legi. Vno modo qd pars istius
orationis plane legatur scilicet : Tu es qui venturus es : quasi
dicat. Suo te esse eum qui venturus es. Altera uero pars inter
rogatiue legitur. Expectamus an alium. uel ante christum q
alius sit a te. immo ex toto tibi contrarius. Aliomodo potest le
gi ut consuetum est. ut tota illa oratio sit duplex interrogatio
diuisam per hanc disiunctiuam : an : quatenus hoc totū cadat
in questione Tu es qui venturus es an aliu expectam? S iuxta
hanc intelligentiam habet locum questio quam beatus Grego
rius in Omelia ponit. Constat enim qd beatus Johannes cog
nouit christum uenisse. quando exultauit in utero matris ad pre
sentiam uirginis. ipse etiam cum iam perfecte esset etatis illum
baptizauit. testimonium diuinitatis audiuit in uoce patris. vi
dit in apparitione spiritus sancti. et ulterius illum digito demō
strauit dicens. Ecce agnus dei Johannis primo caplo. Nō igit
tur uidetur qd querere debuerit. Tu es qui venturus es. Sed
huic questioni manicheorum heresis taz horribiliter respōdebat
qd forsasse nec scribendum esset dicens Johannem errasse in fide

Secundo

et ob hoc dicit eum esse damnatum. quia prius decollatus est. quod discipuli quos misit ad illuz redierint. Sed quia impossibile est illum errasse in fide qui fuit eximius prophetarum. et quo nullus inter natos mulierum surrexit maior Johanne baptista. Iohannes abhorrentes serpentine vocis hereticam prauitatem. Juxta catholice veritatem fidei tripliciter huic questioni possumus satisfacere. Primo enim dicit beatus Gregorius et Hieronimus quod non dubitauit Johannes de christo. an ipse esset qui venerat saluare mundum. Hic enim primo testificatus fuerat. Sed querit an christus moriturus sit et ad inferna descensurus ut liberaret sanctos patres. volebat enim nunciare illum in limbo sicut nunciauerat mundo. Contra illam solutionem arguit Johannes crisostomus quia non videtur rationabile ut maximus prophetarum dubiterit de morte christi et de descensu ad inferna: que minores prophete cognouerunt. Nam ysaias dicit quinquagesimotercio capitulo. Sicut omnis ad occisionem ductus est quod pertinet ad mortem christi. Zacharie vero nono capitulo. dicitur. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vindictas tuas de lacu in quo non erat aqua. quod pertinet ad descensum christi ad inferos. ¶ Sed ut sustineamus sententiam Gregorii et Hieronimi est sciendum. quod quadruplex est questio vel interrogatio scilicet dubitationis admirationis. compassionis et dilectionis. Querimus enim de eo quod dubitamus. ut utrum plures damnentur christiani vel saluentur. Secundo querimus non dubitando sed admirando: ut quomodo natus sit christus ex virgine. Tercio querimus compatiendo infortunio alicuius. ut dicendo quomodo accidit tibi o amice et vnde nam tanta tibi accidit calamitas: et similia. Quarto querimus amando. ut subito videntes desideratum amicum ex vehementi amore in questionem prorumpimus dicentes. nisi quid tu es dilectus meus. nunc tu ille es. qui magna in me vere amicitie officia exercuisti. aut similia. Cum igitur ut dicunt Gregorius et Hieronimus Johannes interrogauit christum de morte sua et de descensu ad inferos: non est intelligendum quod voluerit eum interrogare tamquam dubitans. secundum quem intellectum arguit contra eos Crisostomus sed illa interrogatio fuit admirantis et patientis et amantis. Vnde Ambrosius dicit Johannem dubitasse id est per modum dubitantis se habuisse. non fide sed pietate id est non ex defectu fidei sed ex habundantia pietatis. Admirabat eum Johannes misterium receptiois humani generis per mortem christi: compatiebatur inuicem patienter quod mortuuz sciebat quod peccatum non

Sermo

fecit. nec inuentus est dolus in ore eius. afficiebatur amore. cognoscens inestimabilem dei caritatem: qua genus dilexit humanum. ita ut proprio filio suo non pepererit. sed pro nobis omnibus traderet illum: ut dicitur ad Roma. 18. non igitur fuit interrogatio iohannis tanquam dubitantis. sed tanquam condolentis et vehementer amantis. Secundo ad questionem propositam respondit iohannes Crisostomus et hilarius dicentes. iohannem non sive sed discipulorum ignorantie consuluisse. Dicit enim gregorius. 12. libro moral. quod viri iusti solent etiam ea que ipsi solide et veraciter sciunt et sentiunt quasi ex dubietate proferre. ut infirmorum in se sententiam transferant. iohannes ergo videns se propinquum morti. voluit ut discipuli sui relicto eo transirent ad christum a quo esset vera salus. a quo haurirent doctrinam euangelice perfectionis. et qui erat saluator generis humani qui ipsos instrueret perfectius et saluaret. cogitavit quomodo id posset efficere. Si autem dixisset discipulis suis. eatis ad christum quia ipse est maior me. credidissent quod ipse hoc ex humilitate diceret. atque sic vehementius ei adhaerisset minusque ipsum delicto se transulissent ad christum. unde deliberavit eos ad christum mittere quasi ex interrogandi: unde videtes mirabilia christi opera que nunquam iohannes fecerat: credent in illum et efficerentur sui discipuli Tertio adhuc forte potest aliter dici. iohannes enim in testimonium de christo perhibuerat. cuius testimonium vox patris de nube confirmavit dicens. hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. Mattheus tertio huius etiam testimonium spiritus sanctus confirmauerat. descendens corporali specie sicut columba in christum Luc. 3. christus autem ipsius iohannis testimonium nondum confirmauerat. Volens igitur iohannes qui a tota missus erat trinitate. suum ab omnibus diuinis personis confirmari testimonium interrogat a christo. tu es qui venturus es an alium expectamus etc. quatenus id quod iam dudum pater et spiritus sanctus confirmauerant dei etiam filius confirmando acceptaret. et sic patet responsio et cetera.

Secunda pars.

Secundo cum dicitur. Et respondens illis. tangitur saluatoris. probata responsio de potentia deitatis. Circa quod tria ponuntur. Primum est meritum remissio. Propter quod quidem est sciendum Quia